



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

19. Electio, consecratio, & inthronizatio Gauzberti Episcopi Cadurcensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

629 Promotionum Episcopalia. 630

† Reginelmus Noviomagenensis Episcopus subscripti.

† Iohannes Cameracensis Ecclesiae Episcopus subscripti.

† Willebertus Catalaunorum humilis Episcopus subscripti.

† Hildebalodus Suestionensis Ecclesiae Episcopus subscripti.

† Geroldus Ambianensis Ecclesiae Episcopus subscripti.

† Hadebertus Silvanevensis Ecclesiae Episcopus subscripti.

Elección, consecratio, & inthronizatio Gauzberti Episcopi Cadarcensis.

XIX. Prisca modernaque Ecclesiarum moderamina theoloquularis fanxere canonicibus, quod arripientibus viam universae terra quarumlibet sedium Praefulibus, per vicinorem Episcopum, aut per quemlibet alium Episcopum cui Archipræfutus injunxit, extincti fratris tumulatorem, orbataque sedis Visitatorem atque consolatorem, sine cuius conscientia sacri prohibent canones confiterantur confici de subrogatione Episcopi, perficiatur ecclesiasticarum inventarium rerum, tunc vero prioribus viduatæ sedes dispositis oeconomicis commendetur, postmodum autem cleri plebisque ordinis desideriorum consensus requiratur, quinimmo amotis simoniacis sacculis, postpositisque omnium cupiditatum argumentis, universa fideliter notitia archiepiscopali significantur, quo disponente cuncta in talibus expedit cum suffraganeorum confilio sub divina censura disponi negotiis atque ordinari. Igitur Metropolitanus dominicae votacione rebus humanis vitaque perfuncto, haec eadem fideliter exigenda sunt omnia à Visitatore atque tumulatore, & omnium conioceanorum, si fieri potest, cognitioni significanda prudentialiter, quod urbes quas gentilium tempore habebant ioglolicas flamines, nunc gubernent Christicolæ Praefules. Cum ergo pastorem contigerit subrogandum, post adclamationem & votacionem cleri petitionemque viduatæ plebis, ne urbs Praefulem minime optatum aut spernat aut odio habeat, siatque minus religiosa quam convenit cui non licuit habere quem voluit, quoniam difficile est quod bono per agantur exitu que malo sunt inchoata principio, expedit orbata sedi cum Episcoporum electione cleri ac populi ipsius Ecclesiae acclamatione Episcopum ordinari atque inthronisari. Quapropter vir inclitus Dagobertus prima sanctæ Bituri-

Concil. Re-
gense c. 6.
Concil. Au-
gustinian. 2. C
7.

Decrees
Lyon. 1. c.
15.

Ibid. c. 49.

censis Ecclesiae sedis Archimandrita cognoscens obitum beatæ memorie Froterij Episcopi sanctæ sedis Caturcenfis Ecclesiae, cuius memoria aethereo describatur in albo, uti sacra canonum auctoritas jubet, in ipsis loco jubeo & absolutionem facio ad coepiscopos nostros eligere & benedicere Gausbertum sacerdotem, verè nobilem, orthodoxum, non cenodoxum, frugalem, non gastrimargicum, humilem, non philarchicum, modestum, hospitalem, caritativum, castum, misericordem, & juxta Apostolum armis divinis decentissimum ac pleniter adornatum. Nos quidem humiles Iesu Christi Pontifices una cum auctoritate & absolutione Domini Archipræfulus nostri Dagoberti, Bego Arvernensis, Ingelbinus Albiensis, Froterius Petragoricensis, clementer tantam acclamatorum unanimitatem & acclamanti proficiam Ecclesiae utilitatem, unâ per consensum & voluntatem Guillelmi Comitis Caturcenfis matrisque sua Acilicinan, recepimus in nostro episcopali numero atque collegio proclamatum Gausbertum, & eum per auctoritatem canonicanam benedicendum ordinavimus, & electum Episcopum in ipsam sedem sancti Stephani Ecclesiae Caturcenfis Episcopum exaltavimus, & in nomine sanctæ Trinitatis inthronizavimus & ipsi Ecclesiae patrem præfecimus. Aeta schedula hujus indaginis à corpore trabeatione verbi divini anno DCCCCXc. Indictione III. Facta electione ista Nonas Ianuarij, regnante Karolo Rege.

Decretum electionis Borrelli Episcopi Rotensis.

Nunc primum editum ex archivo Ecclesiae Vrgellenfis.

X X. Anno trabeationis Domini nostri Iesu Christi millesimo xvi i. æra millesima quinquagesima quinta, Indictione xv. Concurrente 1. Epacta xx. Auctor & Dominus cum Patre & Spiritu sancto omnium creaturarum, quibusque sub illius gratia commandentes omne monarchia disponuntur regimina, in quo reverentissime nominando domino Wilhelmo illusterrimo Comite cum omne vulgus populi qui degent in comitatu Ripacurcenfis tellure, unâ cum domino Ermengaudo Praefule qui est in sinu matris Ecclesiae sancte Mariæ sedis Vico Orgellenfis, qui est caput omnium Ecclesiarum jamdicto comitato,

R r ij

Tom. II.